

representativa propter realem differentiam que inter illas
 imagines considerat. ita etiam nec homo ad imaginem dei cre-
 atus potest adequari filio in divinis. qui est patris imago
 propter diversitatis distantiam inter dei filium et hominem
 Et tamen in speciali etc.

Sequitur distinctio .xviij.

Hic de origine anime plura. Ista est distinctio .xviij.
 b^o secundi libri. In qua magister omnia productione ho-
 minum in generali. Agit de productione viri in spe-
 ciali. Et infra facit. Nam primo agit de productione anime que ipse
 vivificavit. Secundo de paradiso in qua ipsum colloca-
 vit. Tertio de ligno scie quo eundem non uti sibi precipiens
 limitavit. Quarto facit a principio distinctiois usque ibi.
 Solet etiam queri. Secundum usque ibi. In qua autem para-
 diso. Tertium vero usque ad finem distinctiois. Et tamen in ge-
 nerali. In speciali autem sententia magistri stat in tribus propo-
 sitionibus. Quarum prima est hec. Deus qui deum aiam non de di-
 vina substantia nec de aliqua materia creavit sed ipse
 ex nihilo creando eundem inspiravit. Hanc enim propositioem magister
 probans dicit. que anime hominis creatio exprimitur in. Quasi qui
 dicit. Inspiravit in faciem eius spiraculum vite. quia quem
 inspiravit et fecit non faucibus corporis. nec de sua sub-
 stantia ipsam a se efflavit ut quidam heretici opinantur. sed
 dicit inspirasse quoniam animam ad modum flatus de nihilo spiri-
 taliter creavit. Sed circa hoc tunc movetur una questio.
 Utrum scilicet anima creata sit in corpore vel extra corpus. Et re-
 spondens dicit. que aliqui opinati sunt. que sit creata in cor-
 pore. Alii vero opinati sunt que sit creata extra corpus.
 Sed magister de anima primi hominis quo ad hoc nihil
 determinat. sed de aliis animabus certissime sciendum esse dicit que
 in corpore creentur. Secunda propositio est hec. Deus qui Adam in virili
 etate plasavit eundem ab extra in paradysum collocavit.

H. m.